

cap. 14. n. 23. Lata supra, n. 4. Gama dec. 284. n. 4. quorum doctrina non intelligitur data negligentia, quia eo casu non obstante prohibitione potest Ordinarius visitare: Barbof. d. alleg. 82. n. 7. quare in fundatione Capellæ, hoc est in fabrica &c. credendum apponi non posse, vel data negligentia fundatoris patroni, vel cum præiudicio Ecclesiæ, sive alia iusta causa; nemo enim potest facere quod leges in suo testamento locum non habeant.

65 Sed si scire cupis, quibus modis Jus Capellæ acquiri possit cum assensu Apostolico, vel sine eo: vide Riccio in praxi alien. rer. Ecclesiast. dec. 42. Quaranta summa Bullaris, verbo Alienatio, nu. 49. Bonac. de alien. bon. Ecclesiast. disp. 2. q. 22. num. 12. quos sequitur Francisc. Tondur. de Sanleger. in question. & resol. benef. cap. 73. n. 3. Sed de benefactoribus Capellarum dubium est, an sicut dotatores, vel concas negative: Jus patronatus acquirant: in quo breviter dicas negative: est Riccio in praxi iuris patron. dec. 167. Duran. decis. 285. n. 3. & 49. Tondur. de Sanleger. ubi proxime, num. 1. in fin.

66 Sed si Cathedralis, Juris Patronatus Regii fuerit, quales sunt Cathedralis Indiarum, teste Solorzano de Indiar. lur. & gubern. tomo 2. lib. 3. cap. 2. 3. 4. & 23. ex nu. 25. & in Politica Indiana, lib. 4. cap. 23. vers. Ten terminos de Patron, pag. 692. & alibi, dubitatur an Capellæ absque consensu Patroni fundari valeant: In quo dicendum est, non tantum alique consensu, verum invito Patrono fundari, & edificari posse: cum ex tali constructio Jus non ledatur patronatus, & Ecclesiæ & cultus divinus inde augmentum recipiant: ut resolvit Lambertinus de iure Patronatus, lib. 1. p. 1. q. 3. art. 17. quam sequitur Lezana in sum. q. Regul. verbo Sepultura, n. 16. & ambobus citatis Sanleger. d. cap. 73. n. 8. imò etiam invito Rectore Capellæ edificari potest, dummodo ei nullum præiudicium inferatur: cum hoc tendat ad cultus divini augmentum: Paulus de Citad. de hor. patron. 71. p. 1. n. 90. Sed si à Clerico fundata sit, an sit Jus patronatus Ecclesiasticum? Dicitur breviter quod sic, cessantibus conjecturis contrariis, quales sunt affectio fundatoris, quod ex bonis patrimonialibus fundaverat, præcipue considerata qualitate personæ, presentia Coniunctorum, & sante longa possessione, que dubitationem tollit: de quibus omnibus est bona decisio Merlini 13. ex n. 4.

72 Jamque ex dictis patet, quid dicendum sit circa Jus ponendi Arma, & Insignia fundatoris: quod licere absque dubio replevendum est Patrono, seu fundatori; per ea que tradit plures allegans Cenedo in collect. ad text. in c. Quiemque, de Eccles. adif. n. 4. Tondur. de Sanleger. ubi supra, n. 9. & seq. qui tamen dum docet ex Adden. ad Borat. dec. 23. n. 10. Chassan. in Catalog. glor. mun. p. 1. confid. 51. Sola in Confit. Sabaud. tit. de Infig. & Arm. gloss. 2. n. 7. Ancharano conf. 113. horum Armorum appositionem esse quoddam genus domini; id intelligendum juxta ea, que inferius dicemus, eo modo quo Laici possunt acquirere illud in Ecclesiâ: quod quia perperam à pluribus intellectum est, nec clarè à Doctoribus pertractata materia passim reperitur, idèo in gratiam boni communis hanc difficultatem pettractare volui, licet supra dicta intelligere oportet, licet non interveniente; etenim licet pendente super Capellam, Arma affigi non possunt, nec ibi, nec in sepulchro; Riccio in praxi Sepultura, resol. 578. tom. 1. pag. mibi 270. secundum novissimam impressionem. Ex eodem fonte dimanat, licere in Capella apponi inscriptionem in honorem fundatoris, ut per Rotam dec. 609. n. 1. & seq. p. 5. recen. Tondur. de Sanleger. ubi proxime n. 11. & omnia hæc semel apposita perpetuo ibi manere debent, nec auferri posse, ne per homines ab hujusmodi bonis operibus atceantur: Argum. text. in l. 1. c. de statutis, & imaginibus: nec hujusmodi Arma tolli vel abradi possunt, Gratianus dec. 26. n. 18. & 19. Tondur. de Sanleger. in q. & resol. benef. p. 1. q. 73. nu. 14. Seraphinus dec. 542. imò æquissimum esse, & iuri consonum Arma, & inscriptiones in Operis publicis apponere, ex optimo textu in l. 3. juncta leg. Opus novum, ff. de Oper. public. l. Legatum, de admi. rer. ad civitatem pertinentem. ubi ait: munificentiam eius, qui legavit Munici, esse inscriptione notandam. Et hæc ratione approbata reperuntur hæc omnia à Sacra-

Rota in Abulen. lur. Patronatus, 16. Junii 1618. coram Cecino: & apud Merlinum dec. 456. n. 88. cum segg. imò pto conservatione memorie defuncti datur officium Judicis, l. Quintus, s. Pomponius, ff. de am. leg. Joan. de Anan. conf. 86. Tondur. nu. 13. qui n. 14. præiudicium doctrinam in benefactoribus limitat, in quibus par non procedit ratio. Circa Judicis officium ad auctoritatem memoriamque conservandam defunctorum, eorumque præsertim, qui talia construxerunt, notandum est, quod neque hæres ipse possit Arma fundatoris tollere, nec abradere, ut sua collocet & affigat; ne præiudicium memorie defunctorum inferatur, & ex posterorum mentibus evanescat, atq; familiarium veritatem, & splendorem, succedentium audacia & temeritate, ne dicam vanitate, deleri, atque aboleri contingat: de quibus latè videndus cum pluribus Carol. Maranta Contr. lur. lib. 1. respons. 16. ex n. 39. cum sequentiibus. Qua autem intentione hoc faciendum sit? Dic primario honorandi Deum gratia; secundario verò ut Christianam sepulturam honorabilem sibi comparet, & posteros ad imitationem, suæ pietatis hortetur, nec non famiæ splendorem monumentum ipsi relinquat. De quo vide que infra ex Riccio loco. Ecclesiast. lib. 1. cap. 1. num. 11. dicemus. Illud tamen omittere non licet, Arma in donationibus, que sunt Ecclesiis non apponi ad retinendum dominium, sed ad effectum ut remaneat memoria illorum qui fuerunt fundatores, & donaverunt Ecclesiis: ita Rota apud Merlinum dec. 384. n. 6. de quo videnda sunt, quo dicemus c. 20. de Sacrificiis, ex n. 27.

84 Sed an Arma fundatoris abradèda sint ex Capella, quando Romanus rebellionis vel proditoris crimen commisit? negat Pontanus singul. 480. dubitat tamen Tondur. de Sanleger. n. 13. in crimine læsæ Majestatis, dicens, quod si casus occurreret, melius cogitandum esset, cum Jura à Romano allegata nihil prohibent: sed in hac questione sub distinctione procedendum: hoc est, quod Arma propria auctoritate non possunt Clerici auferre, & hoc est docuit Romanus; Judex tamen ratione delicti rectè Armourum & Insignium abrasionem in penam præcipere potest: quo casu licitum erit delere, & auferre illas quo pacto facillimè hæc difficultas componitur. Ex quibus patet delentes Arma, que in Capellis, vel Ecclesiis ponuntur, puniri: ut notant Avendaño de exequem. manda. Reg. lib. 2. c. 13. n. 4. ad finem, Lambert. de iure Patron. art. 4. q. 5. princ. lib. 3. nu. 9. fol. 18. quos sequitur Cenedo collect. 153. ad Decret. ad text. in cap. Quicumque, de Eccl. adif. num. 10. Supradicta verò limitanda sunt in Cathedralibus, que sunt de Jure Patronatus Regio vero per fundationem, quales sunt in partibus Indiarum fundata, in quibus nullo modo nec etiam Episcopi Arma, sed tantum Regia affigi possunt: ut videre est per ea que docet Solorzano in Polit. Ind. lib. 4. c. 3. pag. 517. & prius dixerat idem tract. de Ind. lib. 2. lib. 3. cap. 3. numer. 53.

85 Nunc autem in gratiam fundatorum, & ad tollendam scrupulos, non erit abs te inquirere, an per hujusmodi Armorum appositionem meritum fundationis, & operis amittatur? quod est inquirere, an licita sit in foro animæ? quod idem procedit in quacumque donatione Ecclesiæ facta. In qua questione licet Sebastianus Sapia in Addition. ad Abb. in c. Dilectus, excess. Prælat. tit. Divers. Item adde: Chassan. in Catalog. glorie mudi, p. 1. conf. 13. vers. Advenit tamen, indistinctè amitti meritum affirmant, tamen Contra iuram est verius quæsiendum, Operis intentio ad honorem Dei, & Sanctorum cultum; & ad salutem animæ principaliter dirigatur, licet secundariè, & accessoriè propter hoc, laudem & honore temporalem consequi velit; Secus autem esset, si principalis intentio vanam & inanem gloriam respiceret; quo casu meritum amitteretur, juxta ea que ex Covarr. lib. 1. variat. cap. 20. n. 3. Navarro in c. Inter verba, l. 1. q. 5. concl. 5. col. 2. & in col. 25. ex n. 88. Si vellet in Summa, verbo Vanagloria, n. 2. vers. Ex quibus patet: docet Cenedo in Collect. ad text. in cap. Quicumque, de Eccl. adif. que est 153. ad Decret. n. 4. quam opinionem libenter amplector; quandoquidem vanagloria damnata est à Christo Domino, Matth. c. 6. ubi Amen dico vobis receperunt

mercedem suam: quod vitium destruere volens, Joann. c. 8. ait: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. De aliis vero apprimè congruit sancti Philippi Neri consilium, quod difficultatem evacuat, dum dicitur solebat, tres vana glorie communerat species: Prima est que vocatur domina, que tunc temporis reperitur, cum producit opus, & eo sine solo fit: Alia dicitur socia, que reperitur in eo qui opus propter eam facit, sed in exercitio & opere iplo gultus, & delectatio Dei servit adest: Tertia verò serva nuncupatur, que confurgit in actu operationis que fit propter Deum; & tamen conteritur, & reprimitur, ita ut Deo & propter Deum fiat: ut notavi in vita eiusdem Sancti, lib. 2. c. 3. i. n. fin. quo fit, ut in prima specie opus amittatur, & meritum; in tertia, opus sit maximè meritorium; secunda verò aliquid meriti habeat, & aliquid amittat: nec hoc modo explicato difficultatem continet quæsitum: etenim ut opus bonum in totum amittatur, vana gloria debet esse peccatum mortale, que tunc est, cum datur appetitus inordinatus glorie circa opera à se facta: ex D. Theodora secunda q. 132. art. 1. & DD. communiter, qui afferunt esse peccatum mortale, quando o Dei, & Proximi charitatem offendit, eique opponitur: prout alii citatis explicat Bassius in Floribus Theologicis, verbo Vanagloria, n. 3. Nec otiosè omnia supradicta disputata esse credo, quandoquidem Arma ponere, vel gestare in Capella, sepultura, vel quovis alioq; edificio favorabile est famiæ, cuius sunt; non verò aliis: Rota apud Farinacium in recent. par. 3. decis. 494. nu. final. sed circa hanc questionem vide Solorzano in Polit. d. cap. 3. pag. 517.

89 Jam ergo alia succedit quotidiana questio præcisè disputanda. An videlicet vendere Capellam, vel sepulturam, labem Simonie contineat? In qua licet aliqui existimaverint simoniacum esse, per tex. in c. Abolenda, de sepulchro, ubi deciditur simoniacum esse aliquid accipere pro Terra sepultura: qua ratione hanc opinionem defendunt Suarez de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia, c. 14. num. 22. Reginaldus, Fillucius, Raphael de la Torre, & Maldero apud Dianam resol. mor. al. par. 2. tract. 15. resol. 57. Joannes Caraffa, de simon. in fine, tractat. vers. an autem sepulchro, n. 140. tom. 15. fol. 122. p. 2. allegat Bart. in l. 2. §. Ne eius nomine, ff. de operib. public. quos refert Gratian. dec. 26. n. 1. Et hæc ratio in quolibet sepulchro proprio tam in Capella quam alibi, apponi potest lapis sculptus cum insignis famiæ: Tondur. d. c. 73. n. 15. ubi latè circa Arma appendenda disputat, & an tolli possint extra familia? sed tamen an finita linea, Jus Capellæ, vel sepulchri finiat, nec ne: infra dicemus: tamen verissimè & absque dubio tenendum est, quod si in venditione respectus habeatur ad spiritualitatem Ecclesiæ, hoc est ad sepulturam ipsam tamquam quid spirituale, simonia committitur; si verò respectus habeatur ad aliquid temporale separatam, & distinctam, è contra: qua ratione locus honoratior Capellæ, dignitas Ecclesiæ, honorem sapit temporalem pretio æstimabilem; & hæc ratione licitè pretio potest emi & vendi: quo casu sepultura separabilis est ab honore & præsentia, ita ut sepultura gratis quidem fit præstanda, per tex. in d. c. Abolenda de honore verò & præsentia vendi potest, cum nulla lex obliget Clericos alibi quam in Cæmeterio sepulture cadaveris: & hæc ratio mota ita decidit Sacra Rota in una Tarraconens. sepultura, 17. Maii 1572. coram Lanceloto, teste Garcia de benef. p. 5. c. 9. nu. 117. in addition. Diana plures referens p. 2. tract. 15. resol. 67. Barb. cum innumeris in collect. ad text. in d. c. Abolenda, n. 2. quos omnes iterum transcribit de univ. lur. Ecclesiast. lib. 2. c. 10. n. 16. & de officio Parochi. c. 10. n. 16. Donatus item cum innumeris de Regul. iur. tom. 1. tract. 14. qu. 78. plures apud Gratianum dec. 26. per totam, ubi latè ad omnia respondet: latè cum pluribus Carolus Maranta contr. iur. tom. 2. respons. 16. ex n. 1. Quibus etiam juratur, licitè posse sumi pretium quando datur per modum Electionis ad reparationem Ecclesiæ, vel ad sustentationem. Ministorum ipsius, non pro pretio: ut ex Soar. Portel. Vilalob. & Rodriguez resolvi Barb. d. n. 16. stipendium enim his casibus licitum est, etiam pacto interveniente: c. Sicut, c. Non satis, de simon. c. Indices, t. distinct. 91. hoc enim casu

non est vendere spiritualia, sed velle habere necessaria pro sustentatione: ut animadvertunt Cajetanus sup. D. T. b. 2. 2. q. 100. art. 3. Navarrus in summa, c. 23. de simon. num. 100. vers. quarto Premitto, Donat. de Regul. iur. tom. 1. tract. 14. q. 79. num. 3.

Nec potest non esse pretio æstimabile ex prohibitione, 95 qua Clerici adstringuntur, ne alibi sepelire possint, quod vendi potest: cum hoc temporale sit, & sit per se, nec in hoc prohibito reperitur: ut ex Suarez tom. 1. de Relig. tr. 3. de simon. lib. 4. c. 14. n. 22. Barb. in collect. ad text. in d. c. Abolenda, n. 5. que omnia hodie in dubium revocari non possunt, stante consuetudine; ut pluribus resolvit Diana resol. 57. Genuei. in praxi, c. 41. n. 18. Aloys. Riccio 1. p. prax. 42. Quaranta verbo Alienatio. Donat. de Regul. tom. 1. tract. 14. de rebus Monast. non alien. q. 79. m. latè Gratianus d. decis. 26. n. 15. ubi in specie alios adducit, que enim non inducunt simoniam de Jure naturali, vel divino, sed de jure positivo Ecclesiastico, absque dubio contraria consuetudine, 97 possunt abrogari: prout hodie abrogata manet prohibitio sepeliendi intra Ecclesiam: de qua in tex. in cap. Præcedendum, 13. q. 2. & latissimè c. 26. infr. de Cæmeteriis diximus: ut optimè ratiocinatur Peyrinus apud Donatum ubi proxime n. 10. Si autem scire velis quomodo hæc consuetudo introducatur: Confule Castrenf. conf. 401. P. pro processu, lib. 1. juncto Bald. conf. 31. Quod mulier, col. 4. in fine: quos sequitur Gratianus d. n. 15. quam consuetudinem usu esse receptam & servandam, docet cum pluribus Carolus Maranta contr. iur. tom. 2. d. respons. 16. num. 1. & 2. quod hodie cessare, 99 timet scandalos: Idem cum pluribus n. 3. recedat hodie cessare, dubitare non licet ex quotidiana consuetudine, & præctica, que in eo fundatur ut non ratione rei spiritualis, sed ratione sius dumtaxat, & loci dignioris non ad Capellam, vel 100 sepulchrum, condiciatur; ita ut dignitas & præsentia, æstimetur materialiter, & pretio vendatur, sicut calix ratione materiæ aureæ, vel argenteæ venditur; atque ita Capella, vel sepulchrum, que gratis præstanda sunt, non venduntur, sed quod remotum ac extraneum est; ut iuratus idem Maranta omninò videndus ex n. 4. usque ad 10. hanc ipsam opinionem defendit in sepulchris Regularium, quas posse vendi pretio, docet cum communi, Pellicianus in manual. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 5. sect. 49. sub sect. 2. num. 172. ubi disputans incidenter ait, quod etiam stante prohibitione tex. in d. c. Abolenda, de sepulchro, non officit Regularibus, cum hæc fuerit facta Episcopis pro suis Clericis, ita ut non extendatur ad Regulares; quasi si eadem non militaret ratio; hoc enim probat non comprehendere contra facientes in pœnis illius Decretalis, non verò licere: videatur quomodo sua extendant privilegia Regulares. Que omnia majori cum ratione procedunt in Capellis, in quibus Ecclesiæ majorem jam fecerat impensam in fabrica, 102 que pretio æstimabilis est; aliis enim nulla res Ecclesiæ vendi posset, si temporalitas ab spiritualitate separari non valeret.

Hinc etiam recta cum ratione in venditione Capellæ S. 102 Metropolitanæ Casaraugustanæ consutivimus opinionem cuiusdam, qui mordicus simoniacus esse tenebat, & contrarium omnes, illo excepto, supradictis rationibus sequuti fuimus: imò cum stus Cathedralis honoratior, sit majori pretio eadem ratione vendi posse non dubitatem.

Ex dictis ergo respondendum est, possit flosorem Capella, 103 jus quod in ea habet, etiam pretio vendere posse, cum eadem militent rationes, & easdem item resolvunt Doctores omnes superius citati; quibus addendus est Belleus diff. quis. Cleric. part. 1. tit. de Cleric. debit. §. 3. num. 30. qui notat supra dicta non procedere, quando una Ecclesiæ alteri vendit; quo casu simonia non committitur: secus autem est, si vendatur Laico, ut jus funeris habeat in Capella, vel sepulchro, & facultatem prohibendi ne alii præter se & suos ibi sepellantur, modo superius explicato; ut pluribus docet Donatus de Reg. tom. 1. tract. 14. quest. 78. per totam.

Horum omnium rationem perfectè callemus sub ea 105 distinctione: videlicet quod aliqua sunt spiritualibus annexa ut dependentia ab ipsis, sicut habere Beneficium, est spirituali

proventum, & domini scire desiderat, & præcipue notabile exemplum Guillelmi Fulcodii postea Clementis PP. vocati consulat Barbof. de univ. l. r. Eccl. lib. 3. c. 17. per totum, præcipue ex n. 43. Catena de offic. S. Inquisit. p. 3. in proemio Concilii D. Guillelmi Fulcodii, in Annotationibus eiusdem Carcna.

Habent ergo Capellæ in Ecclesia sitæ aliqua specialia; ex quibus aliqua hic apponere libet. Et primo non gravantur in fructibus nisi de eis mentio specialis sit pro solutione

144 Decimarum, cum Beneficij appellatione non contineantur; ut docet Barb. de univ. l. r. Eccl. lib. 2. c. 8. n. 21. & sequentibus.

145 Secundo Capella pars est Ecclesiæ: unde fructus, vel donationes eidem factæ, cedunt in favorem Curati, ac per consequens in Cathedrali ad favorem Capituli: idem Barb. d. c. 8. num. 24.

146 Tertio, exempta Ecclesia, non censetur exempta Capella, nec jus Episcopi immutatur in ea: c. Ex ore: ubi Glof. de privileg. Cochier. in Exempt. p. 2. q. 45. n. 70. Fulcus de vst. lib. 2. c. 16. n. 2. & seqq. & n. 1. cum seqq. Barb. in Pastor. p. 3. allegat. 75. num. 29. & d. c. 8. num. 23.

147 Nec dicitur quod de connexis idem est iudicium, c. Translatio, de Constit. cum aliis. Quia hæc Regula non procedit in privilegio: ex Barb. locis citatis. Et hæc ratione, probata exemptione Capituli, non probatur in membris: arguendo res. in l. Liberarum, ff. de Adopt. cum Ecclesia possit eximi, retenta in potestate Capella: ideoque Exempti, ratione membrorum, conveniuntur coram Episcopo; secus autem si convenirentur nomine Monasterii, vel rei exemptæ: ut latius Cochier d. n. 70. notavit. Unde cum unum possit sine alio stare, hoc est Exemptio Ecclesiæ absque exemptione Capellæ, non infertur rectè ex uno ad aliud, quod non est necessarium ad ipsum; & intrat vulgaris Regula, quod ex diversis non fit illatio: l. Papinianus exili, ff. de minor. ita tenet Fulcus d. n. 2. Et eadem de causa, Exemptio Capituli, non censetur exempti singuli particulariter considerati; nec è contra: de quo latius videndus Cochier lib. 1. q. 23. n. 4.

151 Quarto Capella, sicut Majoratus, alienari non potest, nec beneficium; ex l. Filius familias, §. cui, ff. de legat. 1. l. peto, §. prædium, in glo. §. fratre, l. pater, §. quiddecim libertis, ff. de leg. 2. Alvar. Valasc. de iure employ. q. 28. num. 11. Valenzuela conf. 196. n. 4.

152 Quinto, creditoribus non datur executio in sepulchra, & Capellæ debitoris: hoc enim privilegium ex destinatione Episcopi, quæ res facta efficitur, provenit, ut è commercio hominum extrahatur, ita ut distrabi pretio, vel obligari creditoribus non possit: per text. in l. Si sepulchrum 4. juncta leg. locum quidem 9. C. de Relig. & sumpt. funer. l. Si momentum 3. C. que res pignor. obligar. poss. latè Carolus Miranta Controvers. l. r. p. 1. responsio 16. ex n. 10. cum seqq. & ex n. 34. hoc tamen quoad proprietatem intelligerem, non quoad usum: nam sicut ille vendi, & distrahi potest, ita hypotheca in eo consistere posse videtur.

153 Sexto, omnia privilegia quæ Jus Civile concessit sepulchris, de Jure Canonico competunt.

154 Septimo in concessione Capellæ, omnia Jura loquentia de alienatione rerum Ecclesiæ observanda sunt; ut ex Navar. conf. 1. de sepul. docet Maranta ex num. 20. Sed hoc hodie in Hispania non observatur.

155 Ponamus ergo quod Capella constructa mandatur, cum certa qualitate ab ipso fundatore apposta, in vita sua adimplenda; queritur an executioni mandari possit, & debeat post mortem mandatis, oblatæ qualitas seu voluntas in vita ipsius fundatoris non fuerit adimpleta? In qua Rota in una Verben. honorum, 20. Februarii 1595. judicavit Capellam fundari debere; licet testator qui legatum fecit, sub pena caducitatis præcipiendū, quod nisi legatum adimpletur intra annum, solverentur scuta 60. Capellæ per ipsum eligendis; quibus non electis, judicavit ob defectum conditionis, heredem non executari, licet præfator tempore fundata non fuerit Capella; cum sufficiat illud esse certum de voluntate testatoris, circa constitutionem dotis, & erectionem Capellæ: l. Si testamentum 8. Cod. de insti. & sub-

stit. Satis enim est quod appareat de voluntate circa substantiam institutionis seu dispositionis, licet videatur imperfecta circa conditiones; ut ex Aymone conf. 117. col. ult. in princ. num. 6. docet Gratian. disp. 220. num. 12. & 13. Quando autem dicta pœna locum habeat, tam in Capellæ electis, testatore, quam in nominatis ab Episcopo, in ejus defectum? vide eundem Gratianum ex numer. 28. cum seqq.

Fundator ergo, & erecta Capella, Laici possunt acquirere Jus sepeliendi in eminentiori loco, dummodo propè Altare, seu sub bradellis non fiat: ex his que tradit Barb. de offic. & potest. Paroc. c. 26. n. 10. quare ita positam sepulchram auferri mandare debet Episcopus, ex bulla, & decreto Pii Quinti constit. 5. incipit, Cum primum Apostolatus: & ita Sacra Congregatio repetitis vicibus declaravit, teste Pelizzario in Manual. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 5. sect. 4. subf. 2. q. 20. nu. 174. Et circa facultatem Arma, & insignia domus retinendi, habendi offeruntur a Sacerdote, & similia, quod pro istis detur actio injurarum, & officium Judicis contra amoventes, & scamna, & sedes, imò etiam licitant in his casibus violentis armatam defensionem censuerunt Getar. sing. 35. Avenanti. de exec. manda. Reg. 2. p. c. 10. n. 20. Petre de Lara de Anniverf. & Capellan. 1. p. c. 24. n. 23. Guillel. Bened. in cap. Raynatus, verbo duas habens filias, n. 21. de testam. Parlat. rer. quotid. 3. p. diff. 66. §. 2. n. 28. & alii apud Gratian. disp. 210. n. 32. & quod in omnibus supra dictis datur manutentio, probatur ex latè congestis ab eodem Gratiano. ex n. 39. cum seqq.

Hæc tamen Regula fallit, nisi Capella, quæ edificatur, sit majoris Ecclesiæ, in qua prohibuit esse sepelire cadavera: ex optima dec. Ludovif. 145. n. 3.

Potest tamen Capella exempta esse, licet Ecclesia subiecta sit Episcopo: de quo est exemplum in Ecclesia Lauretana, quæ cum Episcopo, tamquam ceteræ Cathedrales, subiacitur; Sancta tamen Capella exempta est, cum suis Ministris, ex privilegio per Julium II. concessio, & alios Pontifices: teste Rota in Lauretana hirsiditionis, 20. Januarii 1606. coram Card. Sacrato, quæ reperitur impressa post Tractatum Tamburini de Jure Abbatum tom. 3. dec. 64. per totam, ubi latissime inveniunt, quid operetur Exemptio, & quo pacto fit intelligenda.

Item & consecrari potest Capella cum Ecclesiâ: cap. Cum sis, de Consecr. Eccl. vel Altar. & fieri debet per delinationem Christianitatis, & benedictionem Episcopalem: quod fit per Aram quæ in Altari ponitur: c. Altaria 31. de Consecr. dist. 1. cap. Placuit, eadem dist. Sed de hoc latius differuimus supra cap. 5. de forma, & structura Ecclesiar. Cathedr. ex num. 130. Nullo autem casu sine licentia Episcopi erigi potest, etiam in Ecclesia consecrata; alioquin Clericus degradatur, Laicus verò anathematizatur: cap. Nullus, de Consecr. dist. 1. ita Lotter. de re benef. lib. 1. q. 13. n. 40. & seqq.

Circa oblationes quæ fiunt Capellæ, major est difficultas: in qua omnia quæ notavimus infra. cap. 25. de Confraternitatibus Ecclesiarum Cathedr. ex n. 214. 335. & seqq. 341. & seqq. ubi latissime videri potest materia: dicendum est, quod si oblatio fiat Capellæ, queritur Ecclesiæ, hoc est Rectori; & in Ecclesiis Cathedralibus, Capitulo; ex text. in cap. Pastoralis, de his que fiunt à Prelat. ex Barb. de univ. l. r. Eccl. lib. 3. de Oblat. c. 23. ex n. 22. ubi latè: quem sequitur Donat. de Regul. tom. 2. tract. 13. q. 23. n. 3. Iarè Riccius in praxi Oblationem, tom. 2. resol. 427. per totam: Quæ conclusio limitatur, quoties apparet Oblationes fuisse factas intuitu Imaginis existens intra Oratorium; quia eo casu ipsi Oratorio queruntur: cap. Dilectus, de offic. Ordin. Riccius n. 3. supra: ubi notat in dubio, præsumi factas intuitu Ecclesiæ: unde dominium rerum donatarum, & possessio statim transit ipso Jure in Ecclesiam, quam acquirit absque facto hominis; quæ possessio multo operatur effectus bonos, quos latè enumerat Carolus de Tapia in anth. ingressi, C. de sacros. Eccl. ver. ipso ingressu, cap. 55. n. 15. & 18. & remissivè Donatus d. q. 23. n. 4.

Circa alios verò fructus, quibus non est ad fabricam spectare: de quo, & de Beneficiis, præcipue in Regaliis, hoc

hoc est si de Jure patronatus Regio fuerint, ad Regem spectant; quia cessat Regule ordinariæ: vide Solorz. de gubernat. Indiar. lib. 3. c. 12. n. 41. tom. 2. & plures apud Valenzuelam conf. 196. præcipue n. 52.

171 Consequitur etiam fundator Capellæ, jus sepulchre, ita ut in ea possit sepeliri: ex Franc. Tondut. de Sanleger. in qu. & resol. benef. Et licet hoc sit verum, tamen sepulchram habere Laicos in Ecclesiâ, ex indulgentia est; ex latè traditum à Parlador. rer. quotid. differentia 66. §. 2. n. 7. & latissime diximus cap. 26. infra. de Cæmeteriis Eccles. Cathedr. & cap. 17. de Sepulch. hoc tamen non ita indistinctè servandum est, sed juxta Canonicas sanctiones, ita ut nec propè Altare, ut diximus, seu sub bradellis eligi possit; ex Barb. de off. Paroch. cap. 26. nu. 10. ubi de sepulchris: de quo vide horrenda exempla à nobis adducta sup. cap. 5. de forma & structura Eccles. Cath. ex num. 118. Licetque hoc jus defendi armis posse contendit Guillelmus Benedictus in cap. Raynatus, verbo Dnas habens filias, num. 21. de testam. apud Parlador. Quod tamen minimè approbati potest, cum Ecclesia Dei non fit mere castrosum defendenda manum armata, sed remediis Civilibus, & Canonicis.

Unde si Clerici, apud quos dominium Ecclesiæ est; ut supra probavimus, non debent more castrosum defendere; quanto minus Laici, quibus hoc jus ex indulgentia tantum conceditur; & quibus hoc casu rectè congruit illud Dionysii Papa dictum in can. unico, §. Item præcepit Dominus, 13. quæst. 1. ubi ita scribitur: Item præcepit Dominus Discrepulis suis, ut comederent, & hiberent ea quæ apud audaces suos erant; sed non in eis, ut Dominus de domibus suis eicerent, & rebus suis spoliarent: Non facile invenietis, qui tales hospites libenter suscipiant. Nec ergo Clerici Laicis quod seculi legitime concesserunt denegare debent, nec vicissim Laici propria auctoritate armis se defendere, sed via Juris agendum est.

175 Non tamen licet Clericis hoc jus tumulandi, quod fundator acquirit, alteri concedere, ita ut ibi invio fundatore sepeliatur: imò nec ipsi Clerici Ecclesiæ Cathedralis, nec alii ibi possunt sepeliri: ex latè traditis à Parlador. qu. 66. §. 2. ex num. 9.

176 Sed quia hæc omnia ex fundacione vel donatione jurata nascuntur; videamus quomodo teneatur fundator ad perficiendum fabricam. Et licet hæc disputatio vulgaris non sit, nec de facili inveniri possit, sicut etiam antea pertractam non invenisse testatur Paulus de Citad. de Jure patronatus, 3. par. num. 6. Dicit breviter fundatorem teneri Ecclesiam, vel Sacellum, quod cepit, edificare, sive illius fabricæ opus quod assumpsit, prosequi, & constructuram intra quinquennium: quod si per id temporis edificare distulerit, amittit jus quod in eis habebat: & si Ecclesiæ fuerit, vel Capella separata, amittit privilegium immunitatis: ita Marius Itala de immunit. Eccles. c. 4. §. 3. nu. 15. & 16. & probatur ex Auth. de Eccl. §. Si quis edificatio nem, ubi dicitur, quod ex quo quis cepit edificare, teneatur consummare intra quinquennium, si sit Oratorium: hoc tamen non tollit quominus Ecclesia non possit cedere suo juri rescindendi, & compellere fundatorem ad perficiendum opus: ex d. §. Si quis autem voluerit: imò suum heredem eodem pacto: hoc est ut amittat omne jus, si intra quinquennium non perfecerit; vel post quinquennium, etiam cogi possit ad perficiendum, ex eadem militante ratione; cum heres, & Testator, eadem persona Juri fictione censentur: ita docet Glof. in c. Nemo, el primero, verbo domum, de Consec. dist. 1. Paulus de Citad. de Jure patronatus, 3. p. n. 47. Quæ verò actione experiendum sit contra fabricatæ reluctanciam: Dic quod in factum: nam licet pollicitatio producat actionem de Jure Civili, l. i. in princ. ff. de pollicitat. l. 2. §. Circa, de excep. doli. l. nulla, de donat. leg. hirsigentium, §. sed cum nulla, ff. de pact. fallit tamen quando pollicitus teneatur ad actum facti, quo casu per actionem in iudicium cogendus est ad illud perficiendum: l. 1. §. 1. ff. de pollicitat. & de Jure Canonico minore continet difficultatem, secundum quod, antequam incipiat edificare, nascitur actio: c. Qualiter, de pactis, ubi compelli præcipitur ad implendum. Promissæ ergo ex legi-

timo contractu multò magis servare, & perficere tenentur; poteritque compelli multo magis ad complendum jam ceptum adificium, per actionem in factum, ubicumque æquitas fuerit ut latus profectur Citadinis supra, n. 48.

Quomodo ergo constare debeat de obligatione edificandi? Respondeo quod vel scriptura, vel sine ea, testibus, vel alio quovis modo, quo constare possit de promissione, & obligatione: sufficit enim simplex pollicitatio ad obligandum promittentem ex his causis: c. hramenti, 22. q. 5. ubi inter simplicem loquelam, & juramentum, Deus non facit differentiam, præsertim ubi de Causa pia agitur: prout latius Citadinis supra, p. 3. n. 48. Cui addo, promissionem simplicem legitime acceptatam obligare in conscientia, quando præcipue versatur circa opus pium, & est de gravi: ut latius Diana cum pluribus probat, Resolu. Mora. p. 2. 187. tract. 17. resolu. 9.

Et licet hæc casibus contendat Paulus de Citadinis ex nu. 51. cum seqq. probare non acquirit Jus patronatus edificanti, ex quo violentia interveniente cessat gratia, ex qua Jus patronatus acquiritur, nec Deus violentum remunerat, cum beneficium non conferatur in invitum; tamen contrarium censio verius & æquius; cum nullibi reperta sit talis pena in Jure, sicut reperitur in eo qui fuit Hæreticus, ingratus, vel aliquem in ipsa Ecclesia occiderit: c. In quibusdam, §. Sacris, c. Ad aures, de penis, & qui se immiscuit in perceptione fructuum, aut ipsius bona usurpavit; ex Trident. sess. 22. de reformat. c. 11. vers. quod si eiusdem Ecclesiæ, de quibus Barb. cum pluribus, de univ. l. r. Eccl. lib. 3. cap. 12. ex num. 259. usque in finem, Vivianus de Jure patr. lib. 1. c. 2. nec similiter alii modi amittendi de Jus patronatus, ex deficientia lineæ, venditione, vel non usu, vel destructione Ecclesiæ, de quibus Vivian. d. lib. 1. c. 1. & Barb. ex n. 254. applicatur, ut notum est: unde potest non sinit ampliandæ, nec imponendæ ultra casus in Jure expressos, Auth. de non eligen. secum. nuben. §. Sin autem, Novella 2. c. 3. in prin. ibi, non fraudamus successione partes, nec est ulla lex tale quid dicens, Marius Antonius variar. resol. lib. 3. resol. 39. nu. 11. & 32. Card. Tusc. lit. P. conclus. 816. num. 4. Gomez. in §. penalis, Instit. de action. num. 39. plures apud Oronium in axiom. l. r. lib. 14. c. 41. de penis, n. 41. non est profecto cur imponatur hoc casu.

Nec rationes à Citadinis proposito urgent: etenim si Patronus fabricatæ distulit, compulsus perfolvit; ergo mora fuit purgata; ergo non est cur Jure patronatus privetur, quia mora re integra purgari potest: quod fundatur in æquitate l. Si servum, §. Sequitur, de verb. oblig. cum aliis: violentia enim hæc fit ad compellendum edificare nolentem; ar verò Jus patronatus ex ædificatione acquiritur, nullo habito respectu ad voluntatem, vel coactionem, quæ sit propter voluntatem edificandi, nec impedii acquisitionem Jure patronatus ex ipsa ædificatione, cui supposita expensa fabricæ renuntiare noluit.

Nec remuneratio Dei, aliquid ponit: simul enim stare potest, nihil mereri apud Deum ex opere coacto, & remunerari temporaliter illo Jure patronatus honorifico; sicut Deus remunerat in hac vita opera mortua illorum, qui bene in peccato mortali operantur. Quibus etiam aliud exemplum adjungendum est illorum, qui vanitate ducti, Arma ponunt in his Capellis, seu adificiis, quæ tanta potest esse, veluti si primario ob eam causam fiat, ut omne operis meritum deperdat apud Deum, ut pluribus docet Cenedo collect. 153. nu. 4. ad Decretales; nihilominus tamen apud homines Jus patronatus non amittitur: ergo male ratiocinatus fuit Paulus de Eleazaris, cui respondemus, beneficium hoc casu non conferri in invitum, cum ille non sit invitatus ad acquirendum Jus patronatus ex erectione seu fabricatæ refectans; sed tantum ad fabricam construendam: 194 quod valde diversum est, nec à separatis recta fit illatio: l. Papinianus, ff. de minor. cum vulgato.

Alia item sequitur difficultas in præsentis disputanda; an deficientibus omnibus heredibus possit Ecclesia ad libitum de Capella disponere, eo modo ac si prius donata non fuisset? In qua Donatus de Regul. tom. 1. tract. 14. quæst. 80. affirmativè respondet: nam mortuo usufructuario ad proprietatem

rituali annexum, quia non potest conferri nisi habenti Ordinem Clericalem: quoad vero sunt annexa spiritualibus in quantum ad spiritualia ordinantur, veluti Jus patronatus, quod ordinatur ad presentandum Clericos ad Beneficia; & Vasa facta, quae ordinantur ad usum Sacramentorum, nec praesupponunt spiritualia, sed magis ordine temporis procedunt: unde primo modo Simonia committitur; secundo est contra: de quo late videndus Donatus locis superioribus citatis, ubi ad omnia adverte opinionibus fundamenta late respondet, praecipue q. 38. n. 5. & 6. q. 79. per totam: quibus accedit; quod emptio habet respectum ad spiritualia, vel ad temporalia: primo modo simonia est; secundo vero, contra: de primo modo est exemplum in eo qui emerit locum ex eo, quia ibi celebratur, vel canitur Evangelium: de secundo, ob finem temporalem; videlicet quia est locus in medio Ecclesiae, vel quia magis videbitur: ut ex Bonac. docet Donatus d. q. 79. n. 7. unde cum haec temporalitas est natura rei sit vendibilis, & qualitas rei facta, benedicta, vel religiose non recipiat estimationem, sed se habere veluti accessoria ad rem venditam, quasi esset mercedem, prout consideratur honor, & praetogativa, pretio recte estimatur: ut ratiocinata est Rota in Calagurritana sepulchra 3. Julii 1617. coram Manzanedo, Patriarcha Hierosolymitano, ut pluribus docet Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 4. num. 12. & 13.

107 Sed quia venditio, unus est ex modis transferendi dominium, l. Alienatio 67. ff. de contr. empt. ac proinde emptor unitor jure sui Auctoris, l. emptor 8. Cod. de evictio. Quertur, vendita Capella à Clericis, & jure perfecto contractu, quid acquirant Laici? quamplurimos vidi in hac materia deceptos; quamplurimos nem Ecclesiastica hac more Laicorum tractantes, turpiter se ipsos decipientes; imò, quod plus dolendum est, Advocatos & Procuratores suos clientulos miserè litibus implicuisse, & multis expensis, & jurgis contendisse, de quo plura disserit Jac. Cor. in Clypeo patientia, lib. 2. c. 11. vers. non abs re igitur: ubi doctè & pie ait: Non abs re igitur Christus nos ab omni lite, & contentione retrahere voluit, quando nobis sic consulit, Matthaei 5. Et qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimittit ei, & pallium. Dices, si ad me pertinet Tunica, quare cum illa deo dimittere, & pallium: noverat Dominus quod aliquando si contendere velimus, & litigare pro una Tunica, multa oportebit soterere, & expendere, quae plus valebunt, quam tunicam, & pallium simul, ut saepe contingit: ita ut melius & utilius sit dimittere quod postulat, ne plus litigando expendatur. Verum sunt aliqua, quae non defendi, peccatum esset gravissimum; qualia sunt immunitates, & jura Ecclesiae, bonaque Ecclesiastica: unde doctrina haec applicari non potest ad Ecclesiasticos defendentes immunitatem, & bona sua: de quibus videndus late & doctè Carolus Maranta in Apologia pro Ecclesia Lin sine p. 2. & 3. contro. hor. Quare ad quaesitum optime respondet Donatus d. tom. 1. de Regul. traft. 14. de rebus monasterii non alienandis, q. 78. n. 2. per haec verba: Ex quibus collige primo, quod locus Capelle vel sepulchra, ex quo est locus religiosus, sacer, & pius, non potest vendi laico, ita ut in eis venditur sit dominus eius; ut expressè deciditur in c. Decimas 1. 16. q. 7. ibi: à Laicis possideri Apostolica auctoritate prohibemus; sunt enim laici incapaces possidendi iura spiritualia, ideoque nec prescriptione se tueri possunt: ex tex. in cap. casam que 7. de prescript. cap. cum laicis 12. de rebus Ecclesiae nec consuetudo valebit, cum ex ea introducti non possit dominium ad eos pertinere: c. Sacrosancta, §. 1. cap. Messana 56. de elect. Cujus rationem apprime explicavit Rota apud Seraphinum in Calagurritana Capella, 16. Januarii 1583. decis. 652. num. 1. ibi: Nec facit quod testes dicant Capellam esse dominorum de Alava: quia cum neque probetur Jus patronatus, neque pretendatur pro hac parte dominium, illud non tribuit hanc facultatem deputandi Capellam: nisi forte vellet propriis expensis ibi celebrari facere; & respectu enim usus facti verificatur dominium Capellae, quibus consonat iudicium Gratiani discip. 220. n. 39. per haec verba: Et facit etiam, nam quem admodum ex gratia Patronus habet Jus patronatus in Ecclesia, c. Quomam de iure patronatus; sic etiam potest ex gratia concedi Jus sedendis honoris

Episcopi, quidquid aliud sit Episcopo reclamante: Anchar. in c. Abolende, in fine, ver. idem potest censeri, n. 9. de sepulchris: & ibi Abbas, & Cardinal. in fine, vers. ex praedictis inferri: But. n. 3. Anna in princ. n. 4. ubi intelligit quantum ad usum, n. 115. cium respectu domini aliud sit: illud enim non poterit haberi in istis sedibus & sepulchris: Abbas in c. Quante 3. n. 11. col. ult. ad medium, vers. adverte quia dictum, de iudic. Petrus de Vbal. de Canon. Episcop. & Paroch. 12. in fine, n. 5. & 6. tom. 15. Traft. p. 2. fol. 239. Rochus de iure patron. verbo in Ecclesia, n. 13. Unde maximum beneficium omnibus tam Ecclesiasticis quam Laicis fieri posse crederem, si veritate tantum quatenus, ea quae sunt Caesaris, Caesaris; ea vero quae sunt Dei, Deo reddam: cum ergo hoc mihi congerit in Ecclesia B. Mariae de Peortillo Caesaraugustana civitatis, cuius Dominus sum ex eo, quia est Archidiaconatus Caesaraugustani, & in qua extat Confraternitas Laicorum, quibus mediantibus Ecclesia illa gubernatur, cuique Anno 1350. donata fuit à Joanne Martino Barrachina Archidiacono sub certis pactis, in charta quam passionalem vocant, cuius memoria, quia amissa fuerat, negabatur; & tamen in Curia D. Justinae Reperita de Anno 1566. sub die 15. mensis Novembris acta fuit, & transumpta coram Doctore Didaco Amiro Locumtenente ejusdem Curiae donata fuit, & ea ratione Confratres dominium ad ipsos spectare dicebant: unde cum de Anno 1650. coningeret computa expensarum Confraternitatis reddi mihi tamquam Archidiacono, nolui ad exitum recipere partitam 150. scutor. monetæ, quae acceperat Illuminarius pro dotatione lucerne, seu lampadis, quos consumpserat in solutione unius debiti Confraternitatis, ex eo quod debebant ad censum pro dote: Confratres videntes ergo quod firmas eram, ut condemnationem evaderent, sub pretextu domini Ecclesiam illam credito fisco, & emendicato confecto, quam nos comandam vocamus, apprehendere fecerunt in Regia hujus Regni Audientia à D. Franc. Gonzalez de Urrea, Domino de Berbedel, & scripturis omnibus occultatis, lingere compulsus fui, & plurimas expensas sustinui, nec sine maximo labore; Beatissima tamen Virgo, cuius causam agebam, ne bona sua disparentur, mihi adfuit, & intellectum aperuit ut omnes scripturas originaliter invenirem, & sententiam favorabilem reportarem, quae post processum reperitur in quadam Juris firma quam nos de comfion de compe appellamus, intitulaturque, Processus Doctoris Michaelis Antonii Frances de Vrnitzoyti super iuris firma sub datis Caesaraugusta octavo Februarii 1651. Processus vero alter Regiae Audientiae intitulatur Don Francis Gonzalez de Urrea super apprehensione: scriba Joanne Ledas de Baldello.

An verò Capella possit vendi ad instantiam creditorum? negat Bart. per tex. in l. affandis, §. 3. n. 1. ff. de priv. credit. cum quo tranfit Valenz. conf. 18. ex n. 121. junctis Parlad. lib. 2. per quotid. cap. fin. p. 4. n. 27. & seq. Rovit. conf. 75. nu. 7. volum. 2. Quocumque autem modo vendatur, sive Capella, sive sepulchrum quod Laicus in Aede sacra habet, vendigal non debetur: Parlad. rer. quotid. lib. 1. c. 3. n. 34.

Ex quibus jam de facili colligitur, quid possint adificantes Capellam, quidve ipsi prohibentur. Possunt ergo quoad fabricam ad libitum omnia facere, quae utilitati Ecclesiae non nocent, & secundum Juris Canonici Regulas, vel Summorum Pontificum constitutiones. Hinc primo non licet sepulchra, seu capsa, sive quaelibet cadaverum conditoria super terram existentia adificari; imò si quae fuerint, amovenda sunt, ex Pii V. decreto, Constitutione §. 5. Et ut Ecclesiam; ut declaravit Rota apud Seraphinum dec. 813. per totam, & per eam Belletus disquis. Clerical. p. 1. tit. de Cleric. debet. §. 3. n. 3. de quo videnda sunt, quae c. 17. de sepul. Eccl. Cathed. notata reliquimus. Quod extenditur ad tumbas quae appropi solent in medio Capellae, quae extrahi debent, excepto tempore Anniversarii celebrandi: & ideo non sunt permitrendae, quando aliqua deformitas, sive im pedimentum inde oritur, praecipue si fuerint in ea parte, in qua parere debet accessus ultro citroque per Ecclesiam transeuntibus: ex Seraphino dista dec. 813. n. 4.

Taliter ergo fabrica Capellae debet esse juxta mentem Patroni, ut ipso invito mutari non possit, etiam de consensu Epi-

Episcopi: ut per Gloss. & DD. in cap. Nobis, verbo Capellas, de iure patronatus: Rota decis. 550. p. 1. in novissimis diverforum, num. 1. & eadem ratione Capella unus, alteri attribui non potest: l. 2. ubi Bart. de Operib. public. c. Monasterium, §. 6. q. 2. cum l. ubi cum Lambert. & Rocho de Curto docui Rota d. num. 1. eo modo quo ipso invito in alium non potest transferri; ut notavit Bart. in l. 1. Cod. de Oper. 123. publ. ubi invehit contra Religiosos talia facientes, dicens hoc esse contra Jus, nisi concedatur Capella sine prajudicio Juris alterius, quo casu contrarium procedit: ut bene notavit, exempla adducens, Gratian. dec. 26. nu. 18. & 19.

An verò concessa Capella, censeatur concessa sepulchra, & è contra: dicas quod non sunt sint separabilia: ut late defendunt Nodatus de Sanleger. in quest. resol. benefic. de cap. 73. n. 1. & Gratian. d. dec. 26. n. 16. ideo non censetur habere sepulchrum, qui habet Capellam, nec è contra: Lotter. de re benef. lib. 2. q. 4. n. 8. imò potius, nec habens sepulchri jus in aliqua Capella, censetur illud habere privative ad alios, nisi expressè in concessione fuerit attributum; ideo prohibere non potest ne alii ibi sepeliantur: ut Rota declaravit apud Ludovif. dec. 145. n. 2. Lotter. d. q. 4. n. 22. Et eadem ratione ex possessione loci non inferitur possessio sepulchrae: ut Ludovif. dec. 331. n. 2. ideo opus est prohibitione, ut jus privativum sepulchrae quoad alios competat; ut late idem Lotter. nu. 24. usque in fin. ubi notat non procedere in sepulchro familiari quando pro se, & familia ius reservatum.

Concessa verò Capella, & sepulchro, dubitari etiam potest an finita linea, vel extincta, hujusmodi jus ad haereditatem transeat extraneis: In quo dicas, quod si fuit familia concessum, non transit; secus vero in hereditario: ut pluribus Rota decis. 508. & Doctorem auctoritativum firmat Lotter. d. q. 4. n. 23. & latissime in omni Jure patronatus docuit ead. lib. 2. q. 1. n. 29. cum pluribus sequentibus.

Quale verò sit Jus patronatus proveniens ex emptio: breviter dicas, idem iudicium faciendum esse in eo, quod de aliis: ita ut si emptio facta fuerit de bonis secularibus, Jus patronatus Laicale reputetur: si verò de Ecclesiasticis, Ecclesiasticum: in dubio autem si Clericos fuerit emptor, ex bonis Ecclesiasticis emptum censetur: ut est bona decisio Millini 23. ex n. 4. cum seqq. ubi praesumptiones, ex quibus probatur Laicale, vel Ecclesiasticum, reperies: si tamen verò linea, sepulchrum, seu Capella ad heredes tranfit etiam extraneis in Jure patronatus hereditario, non verò in familiari: ita conciliantur duae oppositae Doctorum sententiae in hac questione, de qua latius Patladorus q. 6. §. 2. ex n. 11. usque in finem.

Casu verò quo Capella aliqua bona habuerit, nec Patronus, nec Administrator in emphyteusim ea possunt concedere: ex optima decisione Game 55.

In omnibus ergo, de quibus capaces sunt fundatores Laici, vel Ecclesiastici, manutendendum est: ex late congestis à Tondutio de Sanleger. in quest. resol. benefic. dicto c. 63. sita per totum: sed tamen sciendum est non procedere manutentionem pro sepulchra, non apparente signo sepulchrae: Ludovif. dec. 283. n. 1.

Ab his verò, quibus concessa fuit Capella, jure auferri non potest, nec alienari ab Ecclesia, & alteri tradi: quia Jus legitimum alienatum non censetur vacare: cap. Cum accessissent 8. de consuet. praecipue cum legitima venditione accedente, illud Jus potuit transferri, juxta supra notata: & in pactum deductum non potest alteri dari, cum pacta, etiam post mortem sint observanda: cap. Antigonus, 1. de pactis: ita tenet cum Rodrigue tom. 4. Addit. ad sum. verb. sepulchri. concl. 14. Donat. de Regul. tom. 1. traft. 14. q. 80. imò Capella, in qua sunt sepulchri Majores, nec ab ipso Domino alienanda est: juxta ea, quae notata reliquimus cap. 10. de debitis quae in erectione notat. Cathedral. offerri possunt, num. 141. Et hac ratione Capella legitime alienata dato aliquo pretio, non revocatur; secus si fuerit concessa ad nudum usum, aut sine debito pretio: ex Donat. proxime citato.

Diximus Jus patronatus acquiri per fundationem, quaeritur an Clericus adificans Capellam, & Jus patronatus

con sanguineis suis relinquens, peccet, si fundationem vel erectionem ex bonis Ecclesiae faciat: In quo Abbas in cap. Ad audientiam, el 2. de Eccles. adific. n. 12. credit peccare: quia ratio facta Rota in Aquilana nullitatis erectionis, 24. Maii 1610. coram Pirovano, ex hoc maxime inclinavit, pro annullatione dismembrationis: quia Episcopus, qui illi auctoritatem praestiterat, reservaverat in ea Jus patronatus suis propriis con sanguineis; ut testatur Lotter. de re benef. lib. 1. q. 28. nu. 47. & seqq. Si tamen hoc sine injuria vel fraude fiat, nescio quomodo peccet, praecipue in illis partibus in quibus licet Clericis testari de bonis intuitu Ecclesiae acquisitis, ut ex consuetudine omnibus Clericis Episcopo inferioribus in Hispania licet, quam approbavit Rota in Palentina fructuum Archiepiscopatus de Portillo, 26. Februarii 1580. coram Lancellato, cujus verba refert Garcias de benef. d. 2. p. c. 1. n. 1. eandem approbans consuetudinem: quo casu licitum est testari, etiam in usus profanos, & con sanguineis relinquere, secundum vetiorem opinionem, quam late defendit idem Garcias ex n. 15. cum sequentibus, usque ad 21. Quid ergo particulare habet Jus patronatus, quod peccatum inducat: quandoquidem bona alia licite possunt etiam diviti con sanguineo relinqui? Nam in illa questione, in qua dubitatur an Clerici sint domini bonorum Ecclesiasticorum? de qua videndi innumeri relati à Garcia de benef. 2. p. c. 1. n. 3. cum seqq. Existimo quod domini sint: & relicti pluribus, quae congerere poteram, hoc me convincit, Jura scilicet tantum cognoscere tres dominiorum species, videlicet Usum, Usufructum, & Dominium plenum: sed Clerici non sunt Usuarii, nec Usufructuarii; ergo sunt Domini Major propositio certa est: minor faciliter probatur, in hunc modum: Usarius non potest alteri locare: Clericus beneficium alteri locare potest; extra vag. Ambrosio, de rebus Eccl. non alien. & innumeri relati probat Garcias de benef. p. 2. cap. 1. ex n. 22. cum pluribus sequentibus: ergo non est usufructuarius. Similiter nec usufructuarius nam usufructuarius decedens, fructibus pendentibus, antequam à solo separetur, illos non facit suos, sed domino proprietarius acquiritur; at Clericus etiam si à solo separati non fuerint, usque ad diem obitus, illos lucratur, secundum vetiorem, & usu receptam sententiam; praecipue in Hispania, de qua late Garc. d. 2. p. c. 1. ex n. 96. cum seqq. ergo non est usufructuarius. Non est usufructuarius, nec usufructuarius; ergo dominus est: sed dominus injuriam non facit seculi alia circumstantia, tradendo jus suum con sanguineis: ergo ex se non peccabit Clericus qui Jus patronatus con sanguineis donavit, si alia via injuria Ecclesiae non fecerit: praecipue cum nulli dominium exeat ex Ecclesia, in quocumque Jure patronato, etiam si ad Laicos proveniat; juxta supra dicta; unde sicut injuriam Clericus non faceret, qui dum potest, cognatos in domo sui Beneficii ad habitandum admitteret, non credo de per se peccare potest hanc Juris patronatus donationem, cum Jus Canonium nullo modo improbet Jus patronatus relicto à Clerico ex bonis Clericalibus fundatum; sed tantum esse Ecclesiasticum censeatur, etiam si Laicis relinquatur: juxta tex. in c. dilectus, de offic. deleg. c. Cum dilectus, de iure patronatus: Rota dec. 615. n. 14. p. 1. recen. Barb. cum pluribus de univ. Jar. Eccles. lib. 3. c. 12. n. 4. & 5.

Sed licet ergo crederem Clericos esse Dominos bonorum Ecclesiasticorum, id tamen in me nunquam maximo Dei beneficio accidit, ut eo jure usi fuerim, sed tantum secundum indigentiam donavi; ut enim Ecclesia sancta Romana S. Thomae de Villanova Archiepiscopus Valentini à S. Domino Nostro Alexandro VII. in die festo omnium Sanctorum Anni 1658. canonizatum Patrem pauperum appellavit, & ea virtute inter ceteras floruisse maxime testatur ejus Vita, quia thesaura Ecclesiae dedit pauperibus, indigentiam eorum summa liberalitate sublevarit, non quia con sanguineos ditavit: unde licet quibusdam exosa sit hac doctrina, nobis utilissima erit, si sancti illius Praetuli vestigiis inhaerendo, opes Ecclesiasticas quaramus, ut pauperibus illas distribuamus: sed hoc Concionatoribus relinquatur, nunc verò ad nostrum institutum redeamus. Intermittimus qui plura in materia distributionis Ecclesiasticorum

tatum revertitur : l. 1. c. de usufruct. ita Silvest. verb. sepultura, q. 3. n. 3. Armilla eod. verb. n. 24. Quod procedit etiam si Arma ibidem apposta fuerint : ex Rodrig. tom. 4. in Addit. ad Sum. verb. Sepultura, concl. 14. Quod etiam probatur alia efficaci ratione, scilicet quod Patronatu finito, Ecclesia remaneat libera in beneficio : Farin. dec. 53. n. 5. p. 2. recent. Barbof. in collect. ad text. in cap. Ex literis 7. m. 10. de l're patr. ergo idem dicendum esse de Patronatu Capella docet Riccius in prax. p. 4. refol. 345. fol. 566. secund. modernorem impressionem.

157 Hac tamen doctrina limitatur, nisi pretio fuerit empti Capella, & aliquid datum pro fabrica : nam licet contradicat Rodrig. tamen recte Donatus ratiocinatur dicendo, quod ex quo Jus legitime fuit alienatum, ulterius non censetur vacare : c. Cum accessissent, de Confit. Unde cum per illud vacatum, fuit pactum factum cum Ecclesia, debet omnino servari : c. Antigonus, 1. de p'actis : l. 1. eod. tit. & ita esse communem praxim testatur Donatus in duobus dictis casibus superius relatis. Et ita etiam, si aliquo casu diruta fuerit Capella, & postea instaurata vel renovata, renovanda esse Arma, Inscriptiones, & Titulos honorificos, affirmat Ricc. in praxi, tom. 2. refol. 345. fol. 566.

159 Causam vero hujusmodi Capellas extingendi, & in eis tot expensas faciendi, posuit Carolus Maranta controu. h. tom. 1. respon. 1. 6. ex n. 34. dicens : quod honoris gratia sunt, ut familiarum splendor, & antiquitas, posterorum memoria commendetur, & ex eis etiam Nobilitas perduret, & extendatur : ex Anchar. conf. 1. 13. n. 4. Et exinde sepulchra monumenta, Mausolea, sarcophaga, Cœnotaphia, Epitaphia, & bulta sunt : de quibus omnibus videndus Parlador. d. differt. 66. in princip. in quibus etiam, & in status nullum jus creditoribus competere, latè defendit Maranta d. respon. 16. ex n. 34. cum seqq.

Unum tamen omittere nolo, quod in sepulchris Nobilitum, lampades ardentis purissimi liquoris, que perpetuò arderent, ponebantur : atque ita Patavii reperiri fuisse in quadam Urna antiquissima lampadem, inter duas ampullas, unam auream, & alteram argenteam, referunt Decianus to. 2. Crimin. lib. 6. c. 40. n. 24. & ex Apiano refert Bobad. in polit. lib. 1. c. 4. n. 15. in fine. De more harum lampadam, reperio illas venerationis causa positas fuisse, in signum sanctitatis : nam Aaron sepulto, adstantibus Moysè fratre, & Eleazaro filio, Num. c. 20. de ejus corpore ita scribit Lyranus : cum ascendissent in Montem, viderunt ibi speluncam, & in ea lectum, & ante lectum lampadem ardentem, & revelatum fuit Moysi, quod erat locus sepulchri Aaron; additque Abulensis ad d. c. 20. q. 2. 5. Agnosce pietas Christiana sanctorum corporum excellentiam : Deus enim eundem locum pro sepultura parare, ardentemque lampadem apponere non dedignatur : ex quo loco venerationem sanctorum Reliquiarum, etiam in Legge Naturæ deducit Riccius lucubr. Eccl'es. lib. 1. c. 21. n. 1. Et de more harum lampadam in sepulchris Cœmeteriorum Urbis Romæ, videndus Antonius Bossius, in Roma subterranea, lib. 1. c. 18. n. 7. & sequentibus : & qua ratione in venerationem Sanctorum ponantur ante eorum corpora, qua item ratione Coronæ appendantur : vide eundem Bossium lib. 6. c. 49. nu. 15. & 16. & de cura erigendi Mausolea miræ magnitudinis, & structuræ, videndus Chalfaneus in Catal. glor. mund. 12. p. conf. 74.

163 Circa Altare ita latè tractatum est sup. c. 5. de forma, & structura Eccl'es. Cath. ex n. 118. ut superfluum sit iterum ea ipsa repetere : tantummodo addam in confirmationem questionis, quam ibi latissime pertractavimus, an sit de essentia Altaris, quod Reliquiæ in eo ponantur : sententiam negativam posse probari ex tex. in c. Altaria, c. Placuit, de Conf. d. dist. 1. ubi dicitur Christifanti unctione, & Sacerdotali benedictione, Altaria consecrari : ergo non Reliquiarum reconditioe.

Præterea Consecratio valet sine Reliquiis, ut fatentur Authores adverte partis : ergo non sunt de substantia : aliàs enim non posset omitti : l. 1. c. de condit. ob causam, nec de substantia possunt esse, cum hæc non requirantur in Altari portari : Guillelmus Durandus in Ration. divin. offic. lib. 1. c. 8. num. 23. Durandus de ritib. Eccl'es. lib. 1. c. 25. num. 5.

cum tamen verè & propriè Altare sit : Anton. Riccius lucubr. Eccl'es. lib. 1. c. 40. n. 3. licet contrarium defendat Joan. Ferrandus in disquis. Reliquiar. lib. 1. c. 3. sec. 2. vers. plura pie : pag. 108. Et hæc ratione, deficientibus Reliquiis positus in actu Consecrationis Altaris, vel si ab eo subtrahantur, sine fractura sigilli, remanet Altare consecratum : Turrecemat. in cap. de fabrica, de Consecrat. d. dist. 1. vers. quando verò : Riccius supra num. 5. vide quæ diximus c. 5. num. 163.

Nec obstat, contrarium nervosè defendere Ferrandum, 208 plures pro utraque parte adducentem, in eo verò principaliter vim suæ opinionis ponentem ; primò, quod ita decretum est, tum in c. Altaria, de Conf. d. dist. 1. tum in Concilio Africano, Augustino Anglorum Episcopo : & idem probat ex S. Gregorio Magno lib. 9. Epist. 1. & lib. 5. epist. 150. & alibi, & S. Augustino serm. 11. de Sanctis : cujus rei & decreti congruentiam probat ex S. Paulino Epist. 11. ad Severum, & Epist. 12. in Natali Sancti Felicis, qui his verbis ita cecinit :

Divinum veneranda tegant Altaria fœdus,
Compositisque sacra cum cruce Martyribus.
Cuncta salutaris coeunt insignia Christi,
Cruce, corpus, sanguis Martyris, ipse Deus.
Inferius rationem adducens, quare cineres Sanctorum cum Cruce socientur, ita ait :

Sic ubi Crux, & Martyr ibi, qua Martyr, ibi & Crux,
Martyris sancti que pia causa fuit.
Et paulò inferius idem prosequendo ita loquitur :

Quam bene iunguntur ligno Crucis ossa piorum,
Pro Cruce ut occisis in Cruce sit requies.
Nam totum hoc, & auctoritates adductæ probant congruentiam, & maximam rationem, & decentiam, non tamen necessitatem, & præceptum, ita ut aliter factum non valeat : Idque rectè deducitur, si attentè verba dispositionis tex. in d. c. Placuit, de Conf. d. dist. 1. perpendamus. In eo enim ita statuitur : Placuit ut Altaria, que passim per agros & vias tamquam memoria Martyrum construantur ; ab Episcopis, qui easdem præsent locis, si fieri potest, evertantur. Ecce quomodo non simpliciter loquitur de omnibus Altaribus, sed tantum de eis que eriguntur in Martyris memoriam secundum usum primitivæ Ecclesie, quo cultus bet Martyri unum erigebatur Altare : ut observatum vidimus in sancto Vincentio Martyre Archidiacono Casaragustano, sancti Valerii ejusdem Civitatis nostræ Episcopi, que ambos ut Patronos suos veneravit ; quorum prior postquam Valentia sub Deciano impissimo Ecclesiam sequente, glorioso martyrio conatus esset, Valerius verò se nequitie confectus vitam longo martyrio profuturum crederet, relegatus in oppidulum Anetum nomine, de Anno 305. statim Aram Martyri, suo Archidiacono, erexit ; ibique in divinis laudibus per plures annos degens, plenus dierum, & virtutum Confessor egregius obdormivit in Domino : ut latè Carillo in eius vita enarrat : atque ea ratione rectè pugnantem inter se opiniones conciliatissimò negotio Antonius Riccius lucubr. Eccl'es. lib. 1. c. 40. n. 7. dicens Altaria dupliciter posse erigi, Primò, tamquam lapide ubi possit Sacrificium fieri : Secundo, tamquam Martyris memoriam, scilicet tamquam Martyris monumentum, seu sepulchrum. Primo modo si erectum sit, sufficit sola unctio & Sacerdotalis benedictio, ut probavimus : secundo modo erigi nequit nisi ibi corpus Martyris recondatur, vel saltem aliqua ipsius Martyris Reliquia reponatur ; si minus destrui jubetur, ne Fideles in veneratione decipi contingat : & hoc expresse innunt verba tex. in d. c. Placuit, ibi : nulla memoria Martyrum accipitur, nisi aut ubi Corpus est, aut Reliquia certe sunt, aut ubi origo aliquis habitacionis, vel possessionis, vel passionis, fidelissima origine traditur, quem intellectum à Riccio excogitatum ; etiam sequitur, ut ipse fatetur, Bellarminus controu. 7. lib. 1. cap. 4. pag. 430. lit. b. omnino videndus. Et hoc aperte innunt quamplurimè SS. Patrum auctoritates à Doctõribus contrariæ opinionis relatæ, quas non-

longius questionem protraham, omittere libet, de quibus latè Ferrandus loco superius citato, apud quem videri poterunt.

212 Qua opinione, & distinctione admittitur, non obstat text. in d. c. De fabrica, de Consecr. d. dist. 1. quia verbum, Sanctuarium, licet à Gloss. ibi, pro Reliquiis accipitur ; verius tamen est, accipiendum esse pro Altaribus : quod aperte indicant verba illa, sine Altaris ratione : præterquam quod de Consecratione Ecclesie reiteranda loquitur, quo casu debet reiterari solemnitas Consecrationis in loco ubi fuerunt Altaria.

213 Et licet Pontificale requirat Reliquias, tamen illa sunt, non de substantia, & necessitate, sed solum de congruitate, & quia communiter apponi consueverunt, eo modo quo omissio candelarum, vel incensum, non redderet nullam Consecrationem, que in ea apponi similiter jubetur : idemque dicendum de deficientibus Reliquiarum : ut docet Riccius ex num. 8.

214 Insuper, supradictis non obstantibus, quotiescumque Episcopus commodè Reliquias habere potest, si absque eis Consecrationem fecerit, peccat graviter ; quia licet Consecratio sit valida, facit tamen contra commanem Ecclesie morem, & consuetudinem in Pontificali deductam : ut voluit idem Riccius num. 11.

215 Quibus minimè adversatur hoc videri incompatible, peccare Episcopum, & non esse de substantia : Nam respondetur esse quamplurima in Sacrificio Missæ, que si ommittantur, peccatum mortale gravissimum erit, quibus tamen omissis Sacrificium valet, ut per se est notum : ergo à pari, difficultati propinqua falsior potest. Sed de hac questione latè etiam egimus sup. cap. 5. de forma, & structura Cath. ex num. 163. cum seqq.

216 Et dictis etiam resolvitur alia questio, an videlicet ablatis Reliquiis ab Ara, seu Altari, remaneat Altare exsecratum ? In qua dicas breviter negativè, nisi fuerint fracta sigilla : ut docet Turrecemat. in d. c. De fabrica, num. 2. vers. Quando verò, & ibi Egid. & in d. c. placuit. Riccius d. lib. 1. lucubr. Eccl'es. cap. 50. num. 5. cujus rei ea est ratio, nam cum Reliquiæ, ut probavimus, non sint de essentia, ut sunt sigilla Christianitas, quibus equidem ablatis, non remanet Altare, ablatis verò Reliquiis remanet, potestque super eo celebrari.

217 Succedit præterea inquirere, an ablato Altari, iterum sit benedictio Capella, antequam ibi alio posito, Missa celebretur ? Et quidem dubium non est, quod sicut Ecclesia benedicitur, antequam in ea possit celebrari ; ut c. n. r. infra de dedicat. Eccl'es. Cathed. latè notavimus, ita & eodem modo Capella benedicitur : ut patet in Rituali.

Quo posito, in ea questione affirmativè respondet Bauny de sacram. tract. 6. qu. 18. vers. Dico tertio, pag. 301. cum seqq. dicitur ex text. in c. Altare, de Conf. d. dist. 1. ubi per ea verba deciditur : Altare si motum fuerit, demò consecratur. Ex quibus verbis infert Yvo Carnotensis epist. 32. ad Guillelmum Abbatem, dicens : quod si Ecclesia propter motionem Altaris solius demò est consecranda, quanto magis ipsius Altare quod motum est. Quibus addit alia verba D. Pauli Epist. 1. ad Corinth. cap. 3. dicens : Ablata fide, totum fundamentum nostræ saluationis corrumpit ; quia est edificatio spiritalis nostræ edificii ; juxta quod, Altare, quod est sicut cor in corpore, ut sup. cap. 5. de forma & struct. Eccl'es. Cathed. num. 125. & sequentibus notavimus, ablato, & iterum posito, iterum necesse habet reconciliari, que reconciliatio est sicut altera resurrectio.

Verum hæc opinio nimis scrupulosa mihi videtur, nam ablato Altari, remanet forma Capellæ, forma autem Ecclesie, sicut & vestimentorum sacrorum remanente, iterum fieri non debet benedictio : ut Bauny supra, vers. Dico quarto, statim sequenti, & communis Doctõrum sententia declarat, ablatis manibus ab Alba, & novis positus, quia tunc verè Albæ forma remanet, iterum benedicti non debet ; ut Communis affirmat : ergo nec mutato Altari Capellæ ipsa nova indiget benedictione.

221 Quibus nec obstat dispositio text. in d. cap. Altare, quem

Textum invenire non potui : nihilominus tamen multipliciter ei responderetur. Et primò, valde diversum esse in Ecclesia ; cum ab eo dependeat forma substantialis, sine qua, id est absque Altari uno majori, non potest esse Ecclesia, id est Capella rectè potest esse sine Altari, quia non est necessarium ad essentiam Ecclesie hoc particulare, sicut est majus ; sed tantum ad ornatum ; ut d. cap. 5. de forma & struct. Eccl'es. Cathed. notavimus, num. 151. unde mirum non est, si ablato principali iterum consecrari debeat Ecclesia ; non verò, ablato particulari, iterum benedictenda est Capella.

Secundò responderetur, benedictionem idèd requiri, quia Altari ablato, per necessarium consequens ablata fuit benedictio : sed tamen non mutata forma Capellæ, idem locus non solum benedictus remanet, sed & omnia jura immunitatis retinet, & alia illæsa manent ; nec de hoc dubitari potest : ergo non eget nova benedictione.

Tertiò, idèd in Altari majori procedit benedictio, quia ita statutum est ; sed tale præceptum non invenitur in Altaribus particularibus : ergo non est cur ad illa extendatur præceptum ; cum prohibitio non extendatur de casu ad casum.

Quartò, differentia versatur quam maxima inter Altare majus, & alia particularia Altaria ejusdem Ecclesie ; etenim majus consecratur specialiter in actu Consecrationis Ecclesie, ut notavit Durand. in Ration. cap. 6. num. 6. ita ut quotiescumque consecratur Ecclesia, etiam Altare majus consecratur seorsum ; at verò Capella non consecratur, sed tantum Altare Capellæ : quod tribus de causis fit ; Primò, ad Sacramentum ibi offerendum, Secundo, ad nomen Dei ibi invocandum, Tertiò, ad cantandum ibi laudes Dei : ut optimè notavit idem Durandus latius, cap. 7. in princip. & per totum : cum ergo totum hoc respiciat Altare, non verò Capellam ; mirum non est, si destructo Altari, iterum non sit consecranda Capella.

Quintò, Ecclesia non potest consecrari absque eo, quod Altare majus consecratur sit, ut diximus ; de ceteris, è contra. Cum ergo Ecclesia, & Altare per modum unius censentur, mirum non est si destructa parte principali, iterum totum consecrandum sit : veluti si planeta, v. g. mutet formam ex parte anteriori, licet pars posterior integra maneat iterum debet benedici : at verò si pars sit à toto distincta, que per se stare possit, iterum benedicti non debet ornamentum ; ut patet in Alba, cujus manice mutantur, quibus mutatis iterum non debet benedici, ut diximus : quia Alba licet ex manicis, & corpore componatur, quia tamen totum unum respicit, non fuit mutata forma ; atque idèd à pari, mirum non est, si majori Altari destructo, iterum sit consecranda Ecclesia : in minoribus verò contrarium procedat. Plura etiam que materiam hujus Capituli attingunt, videnda sunt capite sequenti, de Sepulturis, ex notatis ibi, num. 6.

Et tandem ad quem spectet administratio Capellarum Ecclesie Cathedralis videndum est, de quo huc usque verbum nullum fecimus : in quo Rota in una Lauretana Irvinditionis 21. Aprilis 1617. coram Sacrate, apud Farinac. in posthum. 2. tom. decis. 454. num. 4. autoritate Cesaris de Grassis decis. 4. num. 4. de his que sunt à Prelat. resolvit communem esse Capitulo, & Episcopo ; idèdque ad Episcopum cum suo Capitulo pertinere declarat.

CAPUT XVII.

De Sepulturis Ecclesiarum Cathedralium.

S V M M A R I V M.

Mortuos humare expedit Reipublice, sicut viros conservare, 1.
Sepultura primò extra urbem habeantur, 2.
Secundò in Cœmeteriis, 3.
Denique in ipsa Ecclesia, 4.
Dilla de Capellis applicantur sepulturis, 6.